

August Varenius

**Augustus Varenius D. ... ad Exequias quas ... Virginis, Sophiae, Filiae ...  
exanimoque] Corpori Vir ... Dn. Henricus Rudolphus Redeker/ D. Ictus Profess.  
... Parens ... in Templo Mariano solemnes parat ... Omnes Omnium Ordinum  
Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1669

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776811010>

Druck Freier  Zugang




Varenivs, A.

in

**S. Redeker.**

Rostock, 1669.







**AUGUSTVS VARENIVSD.**

Serenis. Ducum Mecklenburgicorum Con-  
sistorii Assessor, & Professor Theologus, h.t. Uni-  
versitatis Rostochiensis **RECTOR**



ad Exequias

*quas Nobilissima, Fulgidissimaq; Virginis,*

**SOPHIAE,**

Filiae desideratissimae, nunc Beatis-  
simae venustissimo nuper floridissimoq;  
nunc pallido exanimoque Corpori

*VIR Nobiliss. Consultissimus Excellentissimus*

**DN. HENRICUS RU-  
DOLPHVS Rederer /**

**D. J**ctus Profess. celeberrimus, Sereniss. Duc.  
Consistorii Assessor & Consiliarius fulgidissimus.

Parens, ex unica, unicéque dilectae Filiae præpropere  
casu moestissimus, in Templo Mariano solemnes parat, quas-  
quecum bonorum Omnium, tum nostri Ordinis Academici fre-  
quentia quam maximâ celebrari desiderat

**Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos, eâ, quâ de-  
cer, & fas est, autoritate & humanitate invitât.**

*Hieron. in Epitaph. Fabiola,*

Fama totius urbis populum ad exequias congregabat: sonabant Psalmi, & au-  
rata tecta templorum reboans in sublime quatiebat Alleluja.

**ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1669.**



Iphracho, potentissimo quondam Oratori & Bellatori Principi, Ammonitarum primo magnificentissimoque Triumphatori, Filiam, quæ blandissimum adfectum sincerumque inter communes plausus gaudium testatura, cum Tympanis & choris, Patri victori, cumque triumpho domum revertenti obviam exiverat, adeo immodicè

defletam sacri memorant annales, ut laceratis sibi ad conspectam filiam vestibus, in hanc miserabilem proruperit elegiam: *Ab, ab filia mea, tu tu depressisti me, tu præ aliis turbatoribus turbavisti me!* Neque verò tanti planctus causa *μαρτυροῦντα* qualis ab Ulysse parabatur in Agamemmonis Iphigenia, vel à Pyrrho in Polyxenâ: sed sola, quam per duos menses ipsas planxit, virginitas ex voto consecranda, ipsaque ex Filiâ spes posteritatis omnis intercepta: *Executus est in eâ Pater votum, quod ipse, doverat, nam ipsa non experta est Virum* Jud. XI. 33. 36. 37. 39. 41. Hinc illæ lacrymæ, quas miseratus scriptor *ἑὸν πνεῦμα*, fontem ipsum, quo derivabatur ille torrens lacrymarum, paucis patheticisque vocabulis aperuit: **TANTUM IPSA UNICA FILIA ERAT** Jud. XI. 36. In præsentī acerbissimo VIRGINIS nobilissimæ funere, si quis adeo rerum nostrarum sit ignarus, ut nesciat, quæ Viro Nobilissimo,

Am-

Amplissimo, Excellentissimo Domino HENRICO RUDOL-  
PHO REDEKER, Jcto Professori famigeratissimo, Sereniss.  
Duc. Meckleb. Consiliario ac Consistorii Assessori gravissimo,  
tanti doloris planctusve causa, quantumque exulcerato pe-  
ctori vulnus inflictum, brevibus verbis, responsum sequens  
audiret: Occidit VIRGO in ipsâ ætatis, formæ, virtutumque  
purpurâ. Occidit FILIA Nobilissimi Patris amor ac delictum.  
Occidit FILIA UNICA, ingens Parentum, totiusque fami-  
liæ, si supervixisset, gloria futura. Quod si ad funus illustis  
olim Paulinæ, quæ castum matrimonii cubile servaverat, Pam-  
machiumque viduum reliquerat, intonuit Hieronymus:  
*Quæ aures tam dura, quæ de silice excisa præcordia, & Hircana-  
rum Tigrum lacte nutrita, possint sine lacrymis audire PAULINÆ  
nomen? Et mox: Fractum est pretiosissimum margaritum. Virens  
Smaragdi gemma contrita est:* quanto justius floridissimæ Vir-  
ginis, ipsiusque SOPHIÆ casus tumulusque, sive permissas  
lacrymas expressurus sive commoturus ad communem do-  
lorem fuerit, nisi forte, *duris genuit quem caudibus borrens  
Caucasus, Hircanæque ad morunt ubera Tigres?*  
Quis apertæ nondum ROSÆ papillatum Corymbum? Quis,  
antequam in calathum fundatur orbis, & tota rubentium foli-  
orum pandatur ambitio, ROSAM, florum Reginam? Quis,  
inquam, SOPHIAM flores virginitatis messuram, immature  
demessam, siccis oculis marcescere videat? Ita, quid ille flos  
pulcherrimarum dotium venustatumque habuerit, casus o-  
stendit, & quid habuerimus, nunc demum sentimus  
postquam habere desinimus. Licet autem curando vulne-  
ri, quod suavissimorum unicæque dilectorum funus acer-  
bum infligit, inque ciatricem superducendæ cuti, facere possit  
communis doloris declaratio, ipso Basilio Magno, Archiepisco-  
po Cappadoce in epist. ad Episcop. Ital. et Gallia, pondus vel  
unius, si sincera sit, si de purâ conscientia, ex lege Apostolica,  
quæ



quæ jubet: *Flere cum flentibus*, derivetur, lacrymula, educti-  
que ex intimo pectore gemitus, agnoscente: *Φέρε*, inquit, *τινά*  
*Φθιμυθία τὰς ἄδονωμένας ψυχὰς καὶ στεναγμὸς πολλὰκίς ἐν τῇ*  
*Βάθους τῆς καρδίας ἀνεπιπόμηνον, καὶ πού καὶ δάκρυον ἀποσείξαι τὸ π-*  
*λὺ τῆς θλίψεως διαφογήσοι*, cui consonat Chorus apud Senecam  
in Troade.

*Dulce moerenti populus dolentum,*

*Dulce lamentis resonare gentes*

*Lenius luctus lacrymaque mordent*

*Turba quas fletu simili frequentat.*

*Semper, ab semper dolor ipse magnus*

*Gaudet in multos sua fata mitti.*

Tamen non tam luctu, quàm traditione sapremorum, ex-  
actique inter mortales curriculi, VIRGINEM, pulchram nu-  
per terris: sed longè pulcherrimam nunc in coelis, prosequi,  
virtutes illibatae virginitatis venerari, palmas denique BE-  
ATISSIMÆ SOPHIÆ cœlestes gratulari nostrum præci-  
puè nunc officium fuerit. Neque verò illi luculentiorē,  
quâdam commentatione nostro loco defuissemus, nisi por-  
tūm hic occupasset ac triste Parentationis in morte Filia  
incomparabilibus amoribus dilectæ, ministerium, non sine  
magnorum quondam Patrum ipsis liberis inferias dicentium,  
scribentiumve, exemplo, Parens lamentabilis subiisset. Et cer-  
tè omni Rhetorum artificio, omni eloquentiæ sive regno,  
sive Theatro potentiùs loquitur plangentis Patris affectus,  
nectanti mœroris acerbitatem exprimere quicquam facun-  
dius potest, quàm Patris fletus spectantium affectu exi-  
stimandus: prout nobilis olim pictor (cui Timanti nomen)  
luctuosum immolatae Agamemmonis Filiaē sacrificium rela-  
turus, non aliâ magis arte, quàm Patris lacrymis & capite  
involuta dolorem summum representavit. Audiamus a-  
deò Nobilissimum Beatissimæ Virginis SOPHIÆ Parentem.

Omai

omni Oratore penetrantius, Filiae desideratissima natalis, vi-  
 talis, funeralis denique I. Fatalis diei cuncta perorantem.  
 Nata est amantissima haec mea unica filia hic Rostochii d. 26. Aug:  
 circa horam 6. vespertinam Anno 1657. Matrem habuit Feminam  
 Nobilissimam & omni laudum decore Clarissimam MARGARE-  
 TAM Schützen / cujus pia quidem, sed lacrimosa semper me  
 apud recordatio est: Avum Paternum DN. CHRISTOPHO-  
 RUM Redeker / Civem Osnabrugensem honestiss: Aviam au-  
 tem CATHARINAM Landwers / Matrem familias frugalis-  
 simam: Avum Maternum Dnum DAVID Schützen / Sereniss:  
 Ducis Mecklenb. Quastorem & supremum Suanensium Praefectum  
 fidelissimum: Aviam maternam SOPHIAM Arnimbs / femi-  
 nam omnium matronalium virtutum ornamentis fulgidissimam.  
 A teneris annis, postquam per sacrum lavacrum a sordibus Deo  
 regenerata fuit, paribus spatiis aetas ejus, animique ac corporis vigor,  
 ita tamen ut hic illam semper superare videretur, creverunt; quod  
 tum mihi, tum lectissima ejus matri, magno gaudio fuit. Verum  
 enim vero, uti in hac mortalitate nihil diuturnum, minus perpetuum,  
 optima ejus mater, 6. Jan. Anno 1661. infelici partu, pie obdormivit,  
 Quod vulnus, quamvis processu temporis cicatricem quandam obdu-  
 xisse & aliquatenus consanuisse videatur, in opinato tamen hoc infor-  
 tunio, quod cor meum nimium quantum affligit, acerbè recruduit.  
 Interim honoratissima ejus avia materna, omnibus honestis matro-  
 nis in exemplum ponenda, solertissima matris vices adimplevit, nes-  
 ptemque, in maximum sui meiq. solatium, Gustavoviu ductam, in-  
 genuè educavit, & propter raram ejus indolem efflicti amavit,  
 ocellique instar habuit. Cum crederem ego inter mortales sic  
 bellè satis filiòle meae consultum, Anno 1665 etiam hac sua dilectis-  
 sima avia, seu provida nutrice ( prout mortalia omnia caduca ac  
 ludicra sunt ) privata est, cujus mortem calidissimis lacrimis  
 deploravit. Dein Matertera ejus, femina Nobilissima, SOPHIA  
 Schützen / Viri Nobilissimi & Amplissimi Dni GOTHOFRE-  
 DI

DI CRETZMARI, Serenissimi Ducis Mecklenb. Consilarii inti-  
mi conjux, quæ edecumata virtutis, & familia sua splendoris, lu-  
cem ostendit, ejus curam Suerini sollicitè suscepit, eamque, seu  
propriam filiam, cujus instar eam semper habuit, amavit, nec mi-  
nus illa filialem jucundissima hujus animula amorem reciprocum  
experta est. Ante sesquiannum præter propter ego amantissimam  
hanc meam filiam, tum quia eam impensè amavi, tum ut jucun-  
do alloquio me exhilararet, tum ut, in spem futura successione,  
paterna familia adjueretur, assumpsi, nec quicquam, quod ad ho-  
nestam ejus educationem & mores in rectum erudiendos, conferre  
posset, intermisi. Uxor etiam mea honoratissima ELISABETHA  
Hoppen / pro eà quæ conspicua est, virtutis ac probitatis claritu-  
dine, eam materno plane affectu, quod & in eius honestissimis iux-  
ta & honoratissimis parentibus magnopere laudandum, complexa  
est, unde mutuus amor ita crevit, ut illa dilectissima filia, bec  
autem optima matris, nihil instar haberet. Uti autem le-  
gendi ac scribendi peritiam satis bellè, antequàm ad me veniret, di-  
dicerat, ita ceteras quoque artes, quas honestam virginem scire  
equum est, opinione celerius prensavit, tantosq; in vera pietate, ac  
omni virtutum virginalium genere gradus fecit, ut omnes, quibus  
cum familiariter agebat, in sui amorem raperet, Sed supremum  
numen mihi sacrum hoc celi depositum haut diu concessit: Die enim  
10. Septembr. qui erat dies veneris, primùm dolores capitis sensit,  
illis autem compefcendis solertissima ejus mater, uxor mea hono-  
ratissima, ne quid neglexisse videretur, pro illo, quo eam prosequeba-  
tur amore, ipsi, cum preces vespertinas, pro more consueto, orasset,  
ac cubitum peteret, convenientem portionem de lapide Bezoar, qui  
venenum omne sua virtute expellere dicitur, propinavit, quo as-  
sumto, placidè edormivit. Subsequenti die, cum dolores capitis  
continuant, ac cibo potuque aliquo modo abstineret, Vir Excell.  
& Experientissimus Dnus JOHANNES BACMEISTERUS,  
Med. D. & P. P. Collega & Compater meus honorandus accersitus  
est, qui, quàm promptitudine comparuit, eàdem fidelitate,  
ut

us morbum reprimeret, curam atque diligentiam impenè adhibuit. Verùm, uti medicamenta nec sudorem expellere, nec quietem naturalem restituere potuerunt, ita vis morbi tacitè, cum nec dolores nec anxietates dulcissima mea filia perferensceret, inva-  
luit, adeoque inter devotissimas preces, quas, pro more suo, usque dum animum ageret, clara ac intrepida voce recitabat, auxilium divinum nobiscum imploravit, ac futurum certissimè speravit. Die Mercurii, circa vespèram, consilio ac operâ Dni Medici, medicamenta, ad somnum diu desideratum extrahendum, adhibita sunt, quæ ipsa, uti erat filia morigerâ, lubentissimè admisit, & amicos astantes, ne flerent, fortè animo adhortata est. Attamen post devotas preces, quamvis sese ad somnum componeret, eo, licet subinde quieverit, particeps haud facta est. Proinde tum circa mediam noctis, tum circa tertiam matutinam, abs me medicamenta sumsit, & post iteratas preces, quas ferè absque hesitatione fundebat, semet ad quietem iterum iterumq; paravit. Interim amœnitatem horti, quam se videre subinde dicebat, valde laudabat. Circa horam quintam, cum illam iterum inviserem, ac dormire crede-  
rem, iacentem quidem apertis & lacrimis repletis oculis aspexi: sed, proh dolor! loquendi facultate destitutam deprehendi. In illa animi perturbatione & maximâ cordis agriitudine, ipsi medicamenta pretiosiora, quæ etiam avide assumpsit, suppeditavi. At cum commodiori loco eam reponere anniterer, illa admissò mortifero colore, absq; omni dolore ac sensu mortis, beu! inter amplexus paternos & auxiliatrices manus, expiravit, & placidè in vernante ætate, obdormivit. Ita lenocinantis mundi illecebras evitavit, erepta-  
que est ne malitia mutaret intellectum ipsius, aut dolus deciperet animum ipsius, vita eius immaculata est senilis ætas. Sed mihi beu! acerbissimam sui memoriâ reliquit & exquisitissimos dolores. Audivimus Patrem in lamentis desinentem Oratorem, cui nunc illud ex sacrario Prophetico acclamamus, quod Racheli plangenti filios suos renuentiq; omnem consolationis admissionem per Jeremiam c. XXXI. 15, 16. Deus: *Cobibe vocem tuam à fletu*

*à fletu, & oculos tuos à lacrymis, quia est merces operi tuo, dicit DO-*  
MINUS: REVERTENTUR FILII *è terrà inimici.* Rever-

tetur quoque Filia, quando

*Tuba mirum spargens sonum, per sepulcrà regionum*

*Coget omnes ante Thronum*

Si non vilissimorum passerum, multò minùs fulgidissimæ Vir-  
ginis casus fuit extra providentiam & voluntatem illam divi-  
nam, quam ipsi exposcimus, quotiens intonamus: FIAT VO-  
LUNTAS TUA! Sequemur mox longo ordine singuli, sive ex-  
uendi, sive, si dies Domini antevorterit, superinduendi, Quan-  
tulum istud, quo discernimur, intervallū est! Felix autem SO-  
PHIA VIRGO, quæ uno momento oculos interris clausit, al-  
tero in cœlis aperuit, & de amplexibus Patris, quos inter, oculis  
in morte natantibus atrâ, exspiravit, ad amplexus amantissimi  
Virginū, DOMINI JESU, festinavit, experta jam nunc illius sva-  
vislimi, veritatem dicti: *Filia obliviscere populum tuum, & domum*  
*Patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.* Ps. XLV, 11. 12. Cum-  
que præstantissimæ Virginis laudes prolixè commemorare  
nunc per angustiam chartæ non liceat, compendio illas verbis  
nazianzeni in nobile Gorgoniam orat. XI. representabimus: *Sup-*  
*ernam Hierusalem patriam habuit, honestè vixit, bitaris & cum me-*  
*liori spe discessit, cumq; clarissimâ Lampade & copiosa olei alimonia*  
*obviam Jesu Christo processit.* Patefaciet hæc cuncta dies novissi-  
mus, ubi e terrâ inimici *s. hostis ultimi*, quæ mors est, redibit,  
& ad dextram Servatoris fulgidissima totaque pulchra compa-  
rebit. Expectat illa nunc in tumbâ, personantem tubam, Ar-  
changelii vocem, cœli terræque immutationem, gloriosam  
triumphantis civitatis Dei manifestationem. Quod superest, ut  
vel miserati venustissimi floris casum, SOPHIÆ exequias fre-  
quentes eant, ultimumq; sic humanitatis officium VIRGINI  
Filiæ, affectus & honoris nobilissimo mœstissimoq; nunc Parenti,  
Nobis observantiæ, reddant, Omnes & singulos, quotquot

Academicam Jurisdictionem agnoscunt, poscimus

*P. P. Sub Sigillo Rectoratus Academici XXVII. Sept. A. 1706 LXIX.*

Conventus erit in templo S. Mariæ horâ I. postmerid.











ut morbum reprimeret, curam atque di-  
bibuit. Verum, uti medicamenta nec sudor-  
tem naturalem restituere potuerunt, ita vis  
dolores nec anxietates dulcissima mea filia  
luit, adeoque inter devotissimas preces, qua-  
dum animum ageret, clara ac intrepida vocem  
divinum nobiscum imploravit, ac futurum  
Die Mercurii, circa vesperam, consilio ac op-  
dicamenta, ad somnum diu desideratum ex-  
sunt, quae ipsa, uti erat filia morigerata, luber-  
micos astantes, ne flerent, forti animo adbor-  
post devotas preces, quamvis sese ad somnum  
subinde quieverit, particeps haud facta est.  
mediam noctis, tum circa tertiam matutinam  
menta sumsit, & post iteratas preces, quas fe-  
fundebat, semet ad quietem iterum iterumque  
nitatem horti, quam se videre subinde dicebat  
ca horam quintam, cum illam iterum inviserem  
rem, iacentem quidem apertis & lacrimis  
sed, proh dolor! loquendi facultate destituta  
illa animi perturbatione & maximam cordis  
dicamenta pretiosiora, quae etiam avidè as-  
Ast cum commodiori loco eam reponere annite-  
tifero colore, absque omni dolore ac sensu mortis  
paternos & auxiliatrices manus, expiravit, &  
tate, obdormivit. Ita lenocinantis mundi illece-  
que est ne malitia mutaret intellectum ipsius  
animum ipsius, vita eius immaculata est senili-  
acerbissimam sui memoriam reliquit & ex-  
Audivimus Patrem in lamentis desinentem  
nunc illud ex sacrario Prophetico acclama-  
plangenti filios suos reuerti; omnem c-  
sionem per Jeremiam c. XXXI. 15, 16. Deus.

penè ad-  
nec quie-  
cum nec  
, inva-  
uo, usque  
auxilium  
speravit.  
laci, me-  
adhibita  
sit, & a-  
ttamen  
, eo, licet  
circa  
medica-  
sitatione  
im amce-  
abat. Cir-  
re crede-  
s affexi-  
ndi. In  
, ipsi me-  
editari.  
iffomor-  
plexus  
nante a-  
erepta-  
deciperet  
ibi ben!  
dolores.  
n, cui  
Racheli  
admis-  
nuam  
à fletu



the scale towards document